

actus nequaquam posse referri ad animum ap-  
probandi suppressionem personatus eo modo,  
quo fuerat expleta, multoque minus induce-  
re posse ratihibitionem actus gestu, non solum  
præter, sed etiam contra formam mandati, &  
legem in eo præscriptam, cum requirantur ad  
hunc effectum actus univoci, neque referribiles  
ad aliam causam. (b)

Cæterum supervacaneum erat diutius im-  
morari circa examen quorumcumque actuum,  
qui ad ratificationem inducendam afferri pos-  
sent, ubi, prout in casu, deficiebat in Felice  
scientia expleta suppressionis contra formam  
mandati: tantum enim abest, ut certioratus  
ipse fuerit de actu, prout in partibus fuerat  
celebratus, ut imo Franciscus scribere ad il-  
lum non dubitaverit, quod excepto particula-  
ri duplicarum quatuor cum dimidia, in reliquis  
gesta res fuerat, ac adimpleta eo modo, quo  
tibi placuit, & circa meam obligationem fuit  
pariter exequutum.

3. Nec ptius Felix sese deceptum agnovit,  
quam post redditum ad patriam, ubi Franciscus  
fratrem solvere renuentem mensuram

præstationem judicialiter convenire opus ha-  
buit: deficiente autem certa ac individuali  
scientia non servata legis in mandato præ-  
scriptæ, non erat profecto cur induci posset in  
Felice ratificatio, quæ sine præcedenti scientia  
non datur. (c)

3. Mirum proinde non erat, quod Felix  
longe distans à loco contractus, fidemque se-  
quutus Francisci fratris, à quo notitiam ha-  
buerat rei gestæ, prout ipse mandaverat, spa-  
tio decennii non reclamavit, & duplas qua-  
tuor in singulos menses, donec Romæ fuit, pa-  
cifice exegit: omnes enim prædicti actus ali-  
que similes, uti procedentes à falso, ac erro-  
neo supposito, non sine fraude de patribus, Fel-  
lici insinuato, nullatenus apti erant inducere,  
atque probare in eodem Felice animum ratifi-  
candi contractum adeo sibi præjudicalem, &  
citra consensum, utpote contra formam man-  
dati à Procuratore celebratum, ut bene firmant  
omnes decisiones præcedentes instantiæ, ad  
quas, habita in reliquis relatione ita resolu-  
tum fuit cum suffragio omnium Dominorum,  
& Felice tantum informante.

(b) Juxta firmata per Rot. cor. Gregor. decif. 34. n. 17.  
cor. Bich. decif. 500. n. 41. & seq. cor. Danozet. Jun. decif.  
879. n. 11. cor. Cerr. decif. 81. n. 17. cor. Molin.  
decif. 241. n. 8. & cor. Herrer. decif. 192. n. 9. & 10.

(c) Rot. cor. Uwald. decif. 160. n. 12. cor. Orthobon.  
decif. 11. n. 20. & 23. cor. Card. Caprar. decif. 171. n. 23.  
cor. Crisp. decif. 489. num. 6. & cor. Herrer. decif. 199.  
num. 29.



## INDEX

RERUM, ET MATERIARUM, QUÆ IN PRÆCEDENTIBUS  
Decisionibus ad Praxim Ecclesiasticam, & Sæcularem D. SUAREZ  
DE PAZ continentur.

## A

## ACQUIESCENTIA.

**A**cquiescentia decennalis unita malo juri inducit de-  
sertionem, dec. 1. num. 4.

## ACQUISITIO.

**A**cquisitio cedit domino pecuniarum, confiso de animo  
acquirentis, quoquo modo ejus favore patefacto, dec.  
30. num. 6.

Emptio & acquisitio ex alienis pecuniis acquiritur ementi,  
non autem pecunia domino, *ibid.* num. 9.

Limita, concurrente contraria voluntate ipsiusmet ac-  
quirentis, *ibid.* num. 10.

## ACTIO.

**N**ova actio experiri tantummodo valet in suo congruo,  
& separato judicio, primo jam terminato, dec. 21.  
num. 14.

Clausula quam, & quas in commissione contenta non dat  
facultatem convolvendi de uno ad aliud actionum genus,  
*ibid.* num. 15.

Frater gerens negotium utile cæteris fratribus, contra  
illos acquirit actionem personalem, decif. 24. num. 5.

Non verò hypothecariam exercibilem contra tertium,  
*ibid.* num. 6.

Creditoribus donantis illum convenire non possunt actione  
personali vel executiva, sed solum actione rei persecu-  
toria, seu reculsoria, dec. 27. num. 6.

## ACTOR.

**A**ctor in judicio restitutionis in integrum exhibere tenet  
omnes scripturas ad causam facientes, dec. 14.  
num. 4.

## ACTUS.

**O**missio formæ & conditionis in parte, viciat actum in  
toto, dec. 5. num. 14.

Actus à procuratore expletus contra formam mandati est  
nullus, dec. 7. num. 1.

Fortius, si in mandato apposta fuerit clausula, nec alias,  
aliter, *ibid.* n. 2.

Ratificatio probanda est ex actibus certis, & univocis, *ibid.*  
num. 4.

Adjuncta probatione scientiæ individualis omnium gesto-  
rum contra formam mandati, *ibid.* n. 5.

Nec extenditur de actu ad actum, *ibid.* n. 6.

Præferum inconcilabilem, *ibid.* num. 7.

Ratificationem non inducunt actus ad aliam causam referri-  
biles, *ibid.* n. 8.

Deficiente scientia actus, frustra illius ratificatio prætendit-  
ur, *ibid.* n. 9.

Dolus non admittitur in actu prudenti, & rationabili,  
dec. 15. n. 7.

Actus referri debet ad causam veram, & præexistentem,  
dec. 20. n. 16. & dec. 21. n. 12.

Judicium est actus legitimus trium personarum, Judicis,  
Actoris, & Rei, dec. 23. n. 3.

Consensus certo actui accommodatus, ad aliud diversum  
non extenditur, dec. 28. n. 12.

Actus ad aliam causam referribilis qualitatem hæreditariam  
minime probat, dec. 27. n. 7.

Qualitas hæreditaria non probatur ex actu æquivoco,  
*ibid.* n. 8.

Ratihibitio non resultat ex actibus ad aliam causam refe-  
ribilibus, dec. 32. n. 2.

## ADITIO.

**Q**ualitas hæreditaria resultat ex additione, non vero à  
simplici institutione, dec. 14. n. 1.

Aditio hæreditatis non est de sui natura præjudicialis,  
*ibid.* num. 7.

## ÆQUITAS.

**Æ**quitas non debet in iniquitatem declinare, dec. 28. n. 5.

## AGNATIO.

**O**nus assumendi cognomen censetur appositum ad solam  
memoriam nominis familie, non autem gratia con-  
servandi agnationem, dec. 20. n. 14.

## ALIMENTUM.

**M**entio filiorum facta in sola promissione alimentorum, de-  
notat animum donantis illos non includendi ex per-  
sona propria in donatione, dec. 20. n. 6.

Conjecturæ eo tunc admittuntur ad arguendam vocatio-  
nem filiorum donatarii quoties in aliqua parte dona-  
tionis nominati fuerint, *ibid.* num. 7.

Secus, ubi posthabita eorum nominatione donatio colla-  
ta fuit in donatarium, & heredes quoscunque, *ibid.*  
num. 8.

Alimenta relicta filiis donatarii non probant illorum vo-  
cationem ex propria persona, dec. 21. n. 4.

Sed potius illam excludunt, *ibid.* n. 5.

Alimenta debita jure actionis, repeti possunt, quamvis  
præterita, dec. 23. n. 20.

Putat, si fuerint promissa in concordia, *ibid.* n. 21.

Etiamsi alimentarius fuerit aliunde provivus, *ibid.* n. 22.

Imo præstationes non exacte transeunt ad heredes ali-  
mentarii, *ibid.* num. 23.

Filiatio, ad effectum consequendi alimenta perpetua, pro-  
bari debet conclusivissime, dec. 29. n. 3.

Fili adulterini legibus exosi nil ultra alimenta præten-  
dere possunt, *ibid.* n. 4.

Adulterinus, ad effectum consequendi alimenta perpetua,  
indiget illis probationibus, quæ sunt necessariæ filio  
naturali, ut successorem consequatur, *ibid.* n. 5.

Filiatio, ad effectum consequendi alimenta perpetua, non  
probatur ex largitionibus, & ex tractamentis per an-  
tea habitis, *ibid.* num. 12.

Neque etiam ex publica voce, & fama, *ibid.* n. 13.

## APPELLATIO.

**A**d Judicem appellationsis devolutum dumtaxat dicitur id,  
à quo est appellatum, dec. 21. n. 13.



## ARCHIEPISCOPUS.

Archiepiscopus Toletanus est decimator universalis in sua Dioecesi, dec. 25. n. 1.

## ATTEGRATIO.

Attegratio admittit super Officialibus Papæ non potest retractari in præjudicium Attegratarii, dec. 4. n. 1.

Attegratarius nullum jus acquirit super attegrationem factam à non vero domino, ibid. n. 2.

## ATTESTATIO.

Attenditur relatio cursoris à tergo citationis notata, non autem succelsiva illius attestatio, dec. 10. n. 3.

## AUCTOR.

Factum auctoris impugnare nemini licet, dec. 16. n. 10.

## B

## BENEFICIUM.

Fundatione semel expleta super iisdem bonis, nequit aliud novum Beneficium fundari, dec. 16. n. 5.

## BENEPLACITUM.

Factum Ecclesiæ damaolium indiget beneplacito Apostolico, dec. 17. n. 24.

Beneplacitum Apostolicum obtentum, sine expressione factorum juris dispositioni contrarium, nullum est, ibid. n. 25.

## BONA.

Bona extradotalia æquiparantur paraphernalibus, ubi maritus ea administrat tacito, vel expresso consensu uxoris, dec. 8. n. 19.

Æquiparatio prædicta operatur hypothecam circa capitale, non autem pro repetitione fructuum, ibid. n. 20.

Inventarium confici debet in loco, ubi sita sunt bona, dec. 14. n. 6.

## C

## CADUCITAS.

Caducitas pluribus in casibus conventa, ex verificatione unius incurrit, dec. 12. n. 35.

## CAPELLANIA.

Cessante præjudicio tertii, potest super iisdem bonis ad novam Capellaniam fundationem deveniri, dec. 16. n. 7.

## CAPELLANUS.

Capellanus competit manutentio super bonis in dotem Capellanis assignatis, dec. 16. n. 4.

## CAUSA.

Causa finalis totam dispositionem regulat & moderatur, dec. 9. n. 7.

Actus referri debet ad causam veram & præexistentem, dec. 20. n. 16. & dec. 21. n. 12.

Causa urgentissima requiritur, ut partes ad transigendum cogi possint, dec. 28. n. 6.

Putat, ob timorem ne veniant ad arma, ne perturbetur publica quies, vel ad finem imponendum liti diu agitatur, & adhuc dubiæ, ibid. n. 7.

## CENSUS.

Census electus pro detractone legitimæ de fideicommissario liber evadit, dec. 24. n. 2.

## CESSIO.

Dimittere debitum alterius ex propriis pecuniis sine cessione jurum, ista non acquirit, sed solam actionem negotiorum gestorum contra debitorem ejusque hereditatem, dec. 24. n. 3.

Cessio crediti extincti nulla est, dec. 24. n. 4.

Cessio reportata à debitore dicitur extincta, ibid. n. 8.

Cessio extinctiva reportata ab hærede debitoris, dat illi actionem negotiorum gestorum contra coheredes, non vero actionem exercibilem contra tertios, ibid. n. 13.

## CITATIO.

Copix extinctæ sine citatione interesse habentium non creditur, dec. 8. n. 7.

Nec Notario transumptanti scripturas alienas, ibid. n. 8.

Habens pactum pro se, sibi non præjudicat, non respondendo citationi, dec. 9. n. 5.

Nec ei nocet decretum Judicis pacto adversativum, quoties eidem intumatum non fuit, ibid. n. 6.

Citatio facta Procuratori, de cujus mandato non constat, nulla est, & reddit actum nullum quoad omnes, ibid. n. 7.

Citatio ex omissione nominum non dicitur vaga, ubi ab expressione cognominis devenitur ad cognitionem personarum citandarum, dec. 10. n. 1.

Citationibus deferendum est, ut inspicatur quantum sint persone citatæ, non autem enunciatiæ Notarii, & assertioni cursoris, ibid. n. 2.

Attenditur relatio cursoris à tergo citationis notata, non autem succelsiva illius attestatio, ibid. n. 3.

Citari non debet in adjudicatione bonorum hereditariorum filius, qui hereditatem jacentem expresse repudiaverat, ibid. n. 4.

Subhastatio facta sine citatione partis, & decreto Judicis nulla est, ibid. n. 7.

Termino mensis ad soluendum elapso, si creditor ultra expectet, debitori non nocet, ideo deinde potest ad deliberationem devenire absque alia citatione, ibid. n. 8.

Citari omnino debet habens principale interesse in causa, dec. 11. n. 4.

Defectus citationis parit insanabilem nullitatem, ibid. n. 5.

Citatio certe persone individualiter expressæ, & aliorum de domo valida est, dec. 12. n. 6.

Et afficit etiam alias personas de domo sub specialitate cognominis comprehensas, ibid. n. 7. & dec. 13. n. 2.

Præsertim, quando pars eadem formula citandi usus fuit, dec. 12. n. 8.

Modus citandi semel inter partes approbatus amplius reprobari non potest, ibid. n. 9.

Cohabitatio cum persona expresse nominata in citatione non requiritur, ad effectum determinandi alias personas citandas, sed communis causa, & identitas familie, dec. 13. n. 4.

Autoritas Judicis supplet defectum citationis, ibid. n. 7.

Citationis executio fieri sufficit juxta stylum loci, dec. 15. n. 2.

Relatio cursoris à tergo citationis per Notarium extensa prævalet contrariæ depositioni ab eodem cursore deinde expleta, ibid. n. 3.

## CLAU.

## &amp; Materiarum.

## CLAUSULA.

Clausula, nec alias, aliter, inducit formam, & conditionem à Procuratore servandam, dec. 5. n. 13. & dec. 6. n. 6.

Clausula, quam, & quas in commissione contenta non dat facultatem convolvendi de uno ad aliud actionum genus, dec. 21. n. 15.

Disputandum non est de competentiæ viæ executivæ, quoties Signatura non respicit cum clausula, si quid exequendum, dec. 23. n. 5.

## COACTIO.

Coactus non obligatur, dec. 28. n. 13.

## COGNOMEN.

Citatio ex omissione nominum non dicitur vaga, ubi ab expressione cognominis devenitur ad cognitionem personarum citandarum, dec. 10. n. 1.

Onus affumendi cognomen censetur appositum ad solam memoriam nominis familie, non autem gratia conservandi agnationem, dec. 20. n. 14.

Onus affumendi cognomen donatario personaliter impositum, illius personam non egreditur, dec. 21. n. 10.

## COHABITATIO.

Cohabitatio cum persona expresse nominata in citatione non requiritur, ad effectum determinandi alias personas citandas, sed communis causa, & identitas familie, dec. 13. n. 4.

## COLLATIO.

Collatio jure devolutio non incapacitatem præsentati præservat Patrono possessionem præsentandi, dec. 1. n. 8.

## COLLEGIUM.

Personæ uti singula: non representant Collegium, dec. 2. n. 4.

## COLLUSIO.

Extractio scripturæ non probat, quoties de collusionem dubitari possit, dec. 8. n. 9.

## CONCEPTIO.

Tempus novimestre non est tutum pro dimittenda die Conceptionis foetus, dec. 29. n. 10.

## CONCORDIA.

Concordia inita contra approbationem Vicarii Generalis nulla est, quoties S. Sedes illam remisit arbitrio Episcopi, dec. 28. n. 1.

In hoc casu Episcopus tenetur per seipsum delegationem perficere, ibid. n. 2.

Vel saltem, Vicario Generali speciale delegationem dirigere, ibid. n. 3.

Concordia inita contra mentem Pontificis delegantis nulla est, ibid. n. 4.

## CONDITIO.

Conditio uni legato adjecta, ad aliud non extenditur, dec. 22. n. 4.

Præsertim, stante diversitate legatariorum, ibid. n. 5.

Ratio diversitatis vigens in quolibet legato, impedit ne conditio uni adjecta trahatur ad aliud, ibid. n. 6.

## CONFESSIO.

Propriam confessionem impugnare nemini licet, dec. 5. n. 6.

## CONFLICTUS.

In conflictu duorum instrumentorum à duobus Connotariis cocriptorum, illud prævalet quod juris dispositione

magis confirmatur, & in judicio approbatum fuit tempore supputationis proximo, dec. 12. n. 26.

## CONSENSUS.

Nemini licet à contractu recedere sine consensu alterius contrahentis, dec. 5. n. 5.

Mandatum ad individuitatem consensus in parte servari, & in alia negligi non potest, ibid. n. 12.

Ubi circumstantiæ suadent mulieris approbationem circa fructuum erogationem ad commodum familie, ipsa diuturnæ tolerantia positivum consensus operatur, dec. 8. n. 14.

Bona extradotalia æquiparantur paraphernalibus, ubi maritus ea administrat tacito, vel expresso consensu uxoris, dec. 8. n. 19.

Æquiparatio prædicta operatur hypothecam circa capitale, non autem pro repetitione fructuum, ibid. n. 20.

Defectus consensus verificatur in actu simulato, & dolo, non autem in actu minus solemnibus, dec. 15. n. 6.

Consensus certo actu accommodatus, ad aliud diversum non extenditur, dec. 28. n. 12.

## CONSTITUTIO.

Enuntiativa constitutionis dotis intelliguntur de ea vere præexistenti, non vero de alia de qua nullo modo constat, dec. 31. n. 8.

Constitutione dotis deficiente, corrunt præsumptiones solutionis, ibid. n. 9.

## CONSUETUDO.

Consuetudo non suffragatur, nisi probetur in casu particulari, dec. 19. n. 13.

Consuetudo non extenditur de loco ad locum, dec. 18. n. 8.

Consuetudo circa decimas personales non afficit prædiales ex antiquissima observantia, & claris titulis alteri debitas, dec. 19. n. 15.

## CONTRACTUS.

Nemini licet à contractu recedere sine consensu alterius contrahentis, dec. 5. n. 5.

Pacta dant legem contractibus, dec. 7. n. 2.

In contractibus emphyteuticis pacta servari debent, dec. 12. n. 12.

## CONTROVERSIA.

Transactio convenit controversiis dubiis, non vero extinctis, vel facile dirimendis, dec. 28. n. 8.

## COPIA.

Copia extinctæ sine citatione interesse habentium non creditur, dec. 8. n. 7.

Nec Notario transumptanti scripturas alienas, ibid. n. 8.

## CORRECTIO.

Correctio mandati in parte, non arguit illius permutationem in totum, dec. 6. n. 9.

Sed potius arguit aliarum conditionum confirmationem, ibid. n. 10.

Correctio instantanea vitanda est, dec. 21. n. 11.

## CREDITOR.

Creditor hereditatis convenire potest pro tota summa unum tantummodo ex hæredibus, qui bona possidet, dec. 14. n. 2.

Nec tenetur citare hæredem institutum, qui hereditatem repudiavit, ibid. n. 3.

Filius conveniri non potest à creditore patris, nisi iste doceat de illius qualitate hereditaria, & omissione inventarii, dec. 27. n. 3.



*Creditor* donantis illum convenire non possunt actione personali, vel executiva, sed solum actione rei perceptoris, seu rescissoria, *dec. 27. n. 6.*  
*Creditor* non tenetur bona recipere pro pecunia, *dec. 28. n. 9.*

## CREDITUM.

*Creditum* semel approbatum reprobari non debet, *dec. 23. n. 8.*  
*Creditum* detractio legitime non est admittendum, stantibus illius legati prohibitione facta à patre, *ibid. n. 9.*  
*Salvianum* denegatur, non probato ab actore *credito* cum hypotheca, *dec. 24. n. 1.*  
*Cessio crediti* extincti nulla est, *ibid. n. 4.*

## CURATOR.

Deputatio *curatoris* pro minore necessaria non est, ubi fratres majores aequale jus habentes licentiam sustinent, *dec. 12. n. 10.*  
 Nullitas ex defectu *curatoris* ad lites non attenditur, quoties eo deputato, & citato, contraria sententia citari non potuisset, *ibid. n. 11. & dec. 13. n. 8.*  
 Pupillæ dandus est *Curator* ad lites, *dec. 13. n. 5.*  
 Hujusmodi deputatio supponitur, ubi agitur de sententia antiqua executâ, & diu observata, *ibid. n. 6.*

## CURSOR.

Relatio *cursoris* à tergo citationis per Notarium extensa prævalet contrarie depositioni ab eodem *curso*re deinde expleta, *dec. 15. n. 3.*

## D

## DAMNUM.

Nemo debet *damnum* ferre ex aliena malitia proveniens, *dec. 12. n. 17.*  
 In dubio standum pro eo, qui agit pro *damno* evitando, *dec. 12. n. 36.*

## DEBITOR.

Deciso 7. n. 1. coram Baratt. procedit, quando per obligationem superventam post elapsum terminum ad reuendum non efficitur melior conditio debitoris, *dec. 10. n. 9.*  
*Cessio* reportata à debitore dicitur extinctiva, *dec. 24. n. 8.*  
 Pecunie ex obligatione restituendi prioribus, & posterioribus, consentitur ex parte in patrimonio *debitoris*, *ibid. n. 11.*

## DEBITUM.

Dimittens *debitum* alterius ex propriis pecuniis sine cessione jurium, illa non acquirit, sed solum actionem *negotiorum gestorum* contra debitorem ejusque hereditatem, *dec. 24. n. 3.*  
 Hæres tenetur ad *debita* defuncti, *ibid. n. 7.*

## DECIMÆ.

Parochus non habet assentientiam juris *decimandi* in alieno territorio, *dec. 18. n. 5. & dec. 19. n. 4.*  
 Res judicata pacifice observata probat assentientiam juris *decimandi*, *ibid. n. 6. & dec. 19. n. 3.*  
 Parochus declinare non valet jus *decimandi* per rem iudicatam alteri quæsitum, *dec. 19. n. 5.*  
*Decime* personales debentur Ecclesiæ, in qua quis recipit sacramenta, *ibid. n. 14.*  
 Consuetudo circa *decimas* personales non afficit prædiales ex antiquissima observantia, & claris titulis alteri debitas, *ibid. n. 15.*  
 Exemptio à *decimis* est probanda, *dec. 25. n. 2.*  
 Exemptio à solutione *decimarum* argui non potest ex libertate non solvendi verificata, modo in uno, modo in altero prædio, *dec. 25. n. 5.*

Privilegium exemptivum à *decimis* non afficit bona futura, si de illis speciale mentionem non faciat, *ibid. n. 7.*  
*Decima* solvenda pro animalibus, licet sint mixtæ, ad juris effectum prædiales reputantur, *ibid. n. 17.*  
 Ex pascuis de jure debentur, *ibid. n. 18.*  
 Loco istarum consuetudo induit *decimas* animalium, *ibid. n. 19.*

Ista sunt fructus prædii, *ibid. n. 20.*  
 Dicitur pars prædii, quod depascantur, *ibid. n. 21.*  
 Parochus debetur *decime*, *dec. 26. n. 1.*  
 Ex istis fructibus, qui colliguntur, *ibid. n. 2.*  
 Præteritis, si ita scriptum legatur in libris Ecclesiæ *decimaticis*, *ibid. n. 3.*  
 Transactio contrarium disponens indiget benedictione Apostolice, *ibid. n. 4.*  
 Id peculiariter describitur Constitutiones Synodales Regni Poloniæ, *ibid. n. 5.*

## DECIMATOR.

Episcopus Ampuriensis est *decimator* universalis suæ Diocesis, *dec. 18. n. 1. & dec. 19. n. 2.*  
 Pertinentia Territorii ad hunc effectum probatur ex solo Catastro, *dec. 18. n. 2.*  
 Archiepiscopus Teletinus est *decimator* universalis in sua Diocesi, *dec. 25. n. 1.*  
 Exorbitans est, quod Monasterium mutando modum culture, & omnia bona, propriis sui usibus colendo, *decimatore* fraudaret, *ibid. n. 4.*

## DECLARATIO.

Donatio per successivam *declarationem* extendi non potest ad novas personas, *dec. 21. n. 5.*

## DEFECTUS.

*Defectus* consensus verificatur in actu firmitate, & dolo, non autem in actu mitem, *dec. 15. n. 6.*

## DENUNTIATIO.

Omissio *denuntiatio* non probat malam fidem, & dolum in conjugibus, *dec. 17. n. 13.*  
 Et excludit matrimonium putativum, *ibid. n. 14.*

## DETERIORATIO.

*Deterioratio* probatur ex accessu ab emphyteuta requisito, *dec. 13. n. 14.*

## DETRACTIO.

Prohibitio quæcumque *detractio* non extenditur ad legitimam, *dec. 23. n. 14.*  
 Jus *detrahendi* legitimam à filio non agnatum transit ad hæreses, *ibid. n. 15.*

## DEVOLUTIO.

Mora continua requiritur ad effectum *devolutionis*, *dec. 11. n. 15.*  
*Devolutio* ob non solutos canones in emphyteuti Ecclesiastica oritur per biennium, *ibid. n. 22.*  
 Facto casu *devolutionis*, dominium utile consolidatur cum directo, *ibid. n. 27.*  
 Emphyteuta *devolutionem* incurrit, omitendo promissam adificationem, & rem emphyteuticam deteriorando, *ibid. n. 28.*  
 Deficiente pacto speciali, hoc etiam procedit de jure, *ibid. n. 29.*  
 Et ex natura contractus emphyteutici, quæ ad meliorandum, conceditur, *ibid. n. 30.*  
 In emphyteuti Ecclesiastica exiguntur canones citra remissionem *devolutionis*, *ibid. n. 31.*  
 Deputati, exigendo canones post acceptatam *devolutionem*, *ibid. n. 32.*

*Devolutio* ob deteriorationem de jure procedit in emphyteuti, *dec. 13. n. 13.*  
 Monasterio non præjudicant, & devolutionem remittere non possunt, *ibid. n. 33.*  
 Speciale mandatum procuræ requiritur, tum pro acceptanda, tum pro remittenda *devolutione*, *ibid. n. 34.*  
*Devolutio* ob deteriorationem de jure procedit in emphyteuti, *dec. 13. n. 13.*

## DICTIO.

*Dictio*, seu, est declaratoria ejusdem rei, *dec. 13. n. 15.*

## DISPERSIO.

Onus investiendi pecunias removet periculum *dispersionis*, *dec. 24. n. 12.*

## DISPOSITIO.

Causa finalis totam *dispositionem* regulat, & moderatur, *dec. 5. n. 4.*  
 Verba in fine *dispositionis* apposita applicantur illi orationi, cui adjecta leguntur, non vero ad aliam omnino distinctam, & separatam, *dec. 22. n. 7.*

## DISSENSUS.

Excepto casu expliciti *disensus*, ceteri omnes sub statuto comprehenduntur, *dec. 8. n. 4.*  
 Conquestiones mulieris, circa non integram consumptionem fructuum bonorum extradotalium in communem ulum familie, *disensus* non indicunt, *ibid. n. 10.*  
 Præsertim, ubi vir longo tempore fructus percepit de mandato mulieris, nulla unquam reddita ratione, *ibid. n. 11.*

In hac materia modica conjectura facit inclinare pro marito, *ibid. n. 12.*  
 Sufficit ad hunc effectum indigentia viri, *ibid. n. 13.*

## DOLUS.

Dolus non admittitur in actu prudenti, & rationabili, *dec. 15. n. 7.*

## DOMESTICUS.

*Domesticus* admittendus est concurrente difficultate probationis, *dec. 30. n. 8.*

## DOMINIUM.

*Dominium* locorum montium dotalium acquiritur viro, si omnia jura fuerint in illum translata, *dec. 4. n. 3.*  
 Si obtinuit, illa describi in sui faciem, *ibid. n. 4.*  
*Dominium* super locis montium avelli non potest sine consensu Domini, hypotheca vero sine tali consensu valide evellitur, *ibid. n. 10.*

## DOMINUS.

Acquisitio cedit *domino* pecuniarum, confiso de animo acquirentis, quoquo modo ejus favore patefacto, *dec. 30. n. 6.*

## DONATARIUS.

Vocatio filiorum *donatarii* ex propria persona non admittitur, ubi de illis mentio facta non legitur, *dec. 20. n. 1.*  
 Et excluditur à stipulatione cantante pro donatario, & hæredibus quibuscumque, *ibid. n. 3.*  
 Ex obligatione alendi filios *donatarii* imposita, erui non potest illorum vocatio ad bona donata independentem à patre, *ibid. n. 5.*  
 Donatario personaliter in junctum illius personam non egreditur, *dec. 20. n. 15.*  
 Onus assumendi cognomen donatario personaliter impositum, illius personam non egreditur, *dec. 21. n. 10.*

*Donatarius* particularis non tenetur ad consecutionem ventarii, nec dicitur hæres donantis præmortui, *dec. 27. n. 4.*  
 In illum nulla actio activa, vel passiva pertransit, *ibid. n. 5.*

## DONATIO.

Valet *donatio* facta à muliere, juxta facultates sibi à statuto attributas, *dec. 15. n. 1.*  
 Statutum laicale non afficit *donationem* juratam, *ibid. n. 4.*  
 Solemnitates statutarie ubi sint necessarie in *donatione* jurata, requiruntur partes declarasse, quod illas voluerint, quodque alias non contraxissent, *ibid. n. 5.*  
 Senectus nil detrahatur validitati *donationis*, si aliunde non constet de fraude, vel de mentis debilitate, *ibid. n. 8.*

Donatio stipulata à donatario pro se, & hæredibus, non suffragatur filiis qualitate hereditaria desitituris, *dec. 20. n. 1.*

Declaratio *donationis* intelligenda est compatibiliter cum precedenti instrumento, *ibid. n. 4.*

Mentio filiorum facta in sola promissione alimentorum, denotat animum donantis illos non includendi ex persona propria in *donatione*, *ibid. n. 6.*

Conjectura eo tunc admittitur, ad arguendam vocationem filiorum donatarii, quoties in aliqua parte *donationis* nominati fuerint, *ibid. n. 7.*

Secus, ubi, posthabita eorum nominatione, donatio collata fuit in donatarium, & hæredes quoscunque, *ibid. n. 8.*

Causa matrimonii non immutat indolem *donationis* transitorie ad hæreses, *ibid. n. 9. & dec. 21. n. 6.*

*Donationes* hujusmodi correlative ad dotem exposita favore solius viri revocari non possunt de illius consensu ob præjudicium uxoris, & filiorum, *dec. 20. n. 10. & dec. 21. n. 7.*

Quibus competit jus consequendi alimenta ex fructibus bonorum donatariorum, quoquoque duret matrimonium, *dec. 20. n. 11. & dec. 21. n. 8.*

*Donatio* comprehendit vocationem filiorum donatarii ex propria persona, quando dirigitur Titio, & filiis absque mentione qualitatibus hereditariæ, *dec. 20. n. 12. & dec. 21. n. 9.*

Secus, ubi collata legitur in donatarium stipulantem pro se, & hæredibus quibuscumque, *ibid. n. 13.*

*Donatio* collata in Titium, & hæreses non jurat filios qualitate hereditaria desitituris, *dec. 21. n. 1.*

Præsertim, ubi *donationis* instrumentum explicitè de illis mentionem non facit, *ibid. n. 2.*

*Donatio* per successivam *declarationem* extendi non potest ad novas personas, *ibid. n. 3.*

## DOS.

Mulier vera domina locorum montium rite ea transferri in virum occasione constitutionis *dotis*, *dec. 4. n. 6.*

Affecratio *dotis* à Judice demandata, parit simplicem hypothecam favore mulieris, *ibid. n. 7.*

Vir, etiam post affecrationem *dotis* à Judice demandatam, potest loca montium in sui faciem describi facere, *ibid. n. 8.*

Vir, deleto vinculo affecrationis *dotis*, valide resignat loca Montium in sui faciem libere cantantia: mulieri autem remanet actio contra judicem, qui ipsa non citata, mandatum deletionis concessit, *ibid. n. 9.*

Pater tenetur *dotare* filiam naturalem legitimatam, *dec. 30. n. 1.*

Quamvis nuptiam, quia debet illam collocare in matris



trimonium, infimul & dotare, *ibid.* n. 2.  
 Non sic frater, qui cogi non potest dotare de proprio forem jam nuptam, *ibid.* n. 3.  
 Mater, dotando filiam de bonis paternis, illius obligationem adimplet, *dec.* 30. n. 4.  
 Ita quidem ut pater deinde cogi amplius non possit ad novam dotis constitutionem, *ibid.* n. 5.  
 Dos non admittit exceptionem incongruitatis, ubi per eus constitutionem dotata advenit virum aequalis conditionis, *ibid.* n. 12.  
 Fortius, accedente illius decenniali acquiescentia, *ibid.* n. 13.  
 Filia, quantumvis nupta, retinet jus petendi dotem ex asse paterno, *dec.* 31. n. 1.  
 Dos vigore statuti Bononiæ succedit loco legitimæ, *ibid.* n. 2.

Ideo juxta illud, mortua filia post nuptias, *jus dotem* petendi ad eus heredes transmittitur, *ibid.* n. 3.  
 Hoc explicite præscribit dictum statutum in *rub. de Success.* ab intestat, *ascendens.* & *collater.* *ibid.* n. 4.  
 Constitutio dotis, tanquam quid facti, probanda est, *ibid.* n. 5.  
 Dos non semper est eadem, sed variis modis constituitur, *ibid.* n. 6.

Pater tenetur dotare filiam, etiam divitem, & aliunde de congrua dote providam, *ibid.* n. 7.  
 Enuntiativa constitutionis dotis intelliguntur de ea vere præsententi, non vero de alia, de qua nullo modo constat, *ibid.* n. 8.  
 Constitutione dotis deficiente, corrumpunt præsumptiones solutionis, *ibid.* n. 9.

Vir dici non potest negligens in petenda dote, si paucis vixit annis, *ibid.* n. 11.  
 Durante matrimonio, censetur eus onera sustinuisse ex pecuniis vere, & effective receptis in dotem ab extraneo, *ibid.* n. 12.  
 Non vero præsumitur voluisse molestias inferre patri uxoris sibi affinitate conjuncto, *ibid.* n. 13.  
 Omissa petitio dotis adversus fratres, non inducit illius remissionem, *ibid.* n. 14.

Dos dicitur congrua, si reguletur à quantitate patrimonii dotare debentis, & à consuetudine ac dignitate familiae, *ibid.* n. 15.  
 Major dos debetur filie nuptæ viro nobiliori, & in Civitate insigni, *ibid.* n. 16.

## DUBIUM.

In dubio standum pro eo, qui agit pro damno evitando, *dec.* 12. n. 36.

## E

## ECCLESIA.

Decimæ personales debentur Ecclesiæ, in qua quis recipit Sacramenta, *dec.* 19. n. 14.

## EDICTUM.

Edicta publicari debent in publicis substationibus, *dec.* 10. n. 5.

## EFFECTUS.

Præfixio termini ad certum effectum, ad alium non extenditur, *dec.* 12. n. 16.

## EMPHYTEUSIS.

Devolutio ob non solutos canones in emphyteusi Ecclesiastica oritur per biennium, *dec.* 12. n. 22.  
 In emphyteusi Ecclesiastica exigi possunt canones citra remissionem devolutionis, *ibid.* n. 31.

Devolutio ob deteriorationem de jure procedit in emphyteusi, *dec.* 13. n. 13.

## EMPHYTEUTA.

Emphyteuta devolutionem incurrit, omittendo promissam ædificationem, & rem emphyteuticam deteriorando, *dec.* 12. n. 28.

Deficiente pacto speciali, hoc etiam procedit de jure, *ibid.* n. 29.

Et ex natura contractus emphyteutis, quæ ad meliorandum conceditur, *ibid.* n. 30.

Deterioratio probatur ex accessu ab emphyteuta requisiti, *dec.* 13. n. 14.

Emphyteuta, agendo pro reintegracione, postquam dominus directus dominium utile judicialiter recuperavit, suam intentionem probare tenetur, *ibid.* n. 16.

## EMPTIO.

Emptio, & acquisitio ex alienis pecuniis acquiritur ementi, non autem pecuniaz domino, *dec.* 30. n. 9.

Limita, concurrente contraria voluntate ipsiusmet acquirentis, *ibid.* n. 10.

## ENUNTIATIVA.

Citationibus deferendum est, ut inspicatur, quænam sint personæ citatæ, non autem enuntiativa Notarii, & assertioni curatoris, *dec.* 10. n. 2.

## EPISCOPUS.

Episcopus Ampuriensis est decimator universalis suæ Diocesis, *dec.* 18. n. 1. & *dec.* 19. n. 2.

Pertinentia Territorii ad hunc effectum probatur ex solo Catalo, *dec.* 18. n. 2.

Concordia iniata cum approbacione Vicarii Generalis nulla est, quoties S. Sedes illum remisit arbitrio Episcopi, *dec.* 28. n. 1.

In hoc casu Episcopus tenetur per seipsum delegationem perficere, *ibid.* n. 2.

Vel saltem Vicario Generali specialem delegationem dirigere, *ibid.* n. 3.

## EPISTOLA.

Epistola scriptæ ad declarationem mandati procuræ, ab eo separari non debent, *dec.* 7. n. 3.

Testes, etsi formiter non repetiti, recipi debent ad effectum administrandi Epistolæ, *dec.* 30. n. 7.

## ERROR.

Probato errore, mutatur scripturæ tenor, *dec.* 12. n. 21.

## EXACTIO.

Exactio fructuum probanda est ab allegante, *dec.* 5. n. 17.

## EXCEPTIO.

Lis non dicitur contestata, nisi post propositas exceptiones, *dec.* 3. n. 4.

Reo citato in productione jurium, non permittitur exceptio, quod cas non examinaverit, *dec.* 3. n. 6.

Exceptio de jure tertii non admittitur, *dec.* 16. n. 8.

Exceptio turbida non admittitur in summarissimo processorio, *ibid.* n. 11.

Dos non admittit exceptionem incongruitatis, ubi per eus constitutionem dotata advenit virum aequalis conditionis, *dec.* 30. n. 12.

Fortius, accedente illius decenniali acquiescentia, *ibid.* n. 13.

## EXCLUSIO.

Exclusio statutaria cessat, ubi pater foeminas restituit ad ju-

jura sunitas, *dec.* 23. n. 18.  
 Etiam agatur de successione matris, *ibid.* n. 19.

## EXECUTIO.

Obligatio cameralis tribuit viam executivam, *dec.* 23. n. 4.  
 Disputandum non est de competentia viæ executivæ, quoties Signatura rescriptit cum clausula: *Si quid exequendum*, *ibid.* n. 5.

## EXEMPTIO.

Exemptio à decimis probanda est, *dec.* 25. n. 2.

Exemptio à solutione decimarum argui non potest ex libertate non solvendi verificata, modo in uno, modo in altero prædio, *ibid.* n. 5.

Distinctio bonorum necessaria est, ut de exemptione cujuslibet ab immemorabili determinanda disputetur, *ibid.* n. 6.

Unius Territorii exemptio non extenditur ad aliud, *ibid.* n. 8.

Exponuntur requisita glossi in cap. 1. verb. *Memoria*, de *Præscript.* in 6. *ibid.* n. 9.

Testes negativam non coarctantes, sed potius excludentes, exemptionem sub fundamento immemorabilis allegatam non probant, *ibid.* n. 10.

Consilio de immemorabili libertate quoad certa prædia, exemptio à decimis quoad ipsa admittenda est, *ibid.* n. 15.

Exemptio præscripta in antiquis fructibus, competit aliis novissime in eodem Territorio introductis, *ibid.* n. 22.

Talis extensio prohibita non est, cum venierit circa species fructuum ejusdem Territorii exempti, in quibus aequalis est conditio, & determinatio, *ibid.* n. 23.

Exemptio competens in certo Territorio, & possessa super antiquis fructibus transit super aliis eidem subrogatis, *ibid.* n. 25.

## EXPRESSUM.

Tacitum cedit expresso, *dec.* 12. n. 18. & n. 22.

## F

## FACTUM.

Factum auctoris impugnare nemini licet, *dec.* 16. n. 10.

## FAMA.

Fama necessaria ad immemorabilem respicere debet tempus tranfactum, *dec.* 25. n. 14.

## FIDEICOMMISSARIUS.

In electione fideicommissarii est, restituere quid minus inter melioratum, & impensum, *dec.* 3. n. 10.

## FIDEICOMMISSUM.

Inmissio in Salviano deneganda est, ubi reus bona retinere potest titulo fideicommissi, *dec.* 11. n. 6.

Vel pro credito anteriore, *ibid.* n. 7.

Retentio vigore fideicommissi non conceditur, nisi confitio de existentia, & purificatione fideicommissi, & quod bona ad illud pertineant, *dec.* 16. n. 9.

## FIDES.

Mala fides semel contracta transfunditur in heredes, *dec.* 3. n. 1.

Actor, expediendo novum monitorium, fatetur ex primo malam fidem non redundasse in reum conventum, *ibid.* n. 2.

Mala fides incipit à die productionis jurium, ex quibus scientia rei ad alium pertinentis redundat, non en-

rato, an lis vere, & rigorose fuerit contestata, *ibid.* n. 5.  
 Mala fides semel impressa, ex lapsu temporis non purgatur, *ibid.* n. 8.  
 Etiam perempta instantia, semper durat, *ibid.* n. 9.  
 Præsumitur mandatarius fideliter fidem sibi datam executum fuisse, *dec.* 5. n. 4.

## FILIA.

Pater tenetur dotare filiam naturalem legitimam, *dec.* 30. n. 1.

Quamvis nuptam, quia debet illum collocare in matrimonium infimul, & dotare, *ibid.* n. 2.

Non sic frater, qui cogi non potest dotare de proprio forem jam nuptam, *ibid.* n. 3.

Mater, dotando filiam de bonis paternis, illius obligationem adimplet, *ibid.* n. 4.

Ita quidem ut pater deinde cogi amplius non possit ad novam dotis constitutionem, *ibid.* n. 5.

Filia, quantumvis nupta, retinet jus petendi dotem ex asse paterno, *dec.* 31. n. 1.

Pater tenetur dotare filiam, etiam divitem, & aliunde de congrua dote providam, *ibid.* n. 7.

## FILIATIO.

Filiatio, ad effectum consequendi alimenta perpetua, probari debet conclusivissime, *dec.* 29. n. 3.

Filiatio non dicitur probata, exclusa arcæ custodia ventris, *ibid.* n. 6.

Sola possibilitas copulæ cum alio viro filiationem excludit, respectu suppositi patris adulterini, *ibid.* n. 7.

Nec sufficit probatio custodiae per aliquot dies, *ibid.* n. 8.

Fortius, confitio de accessu alterius Amassii, *ibid.* n. 9.

Filiatio ad effectum consequendi alimenta perpetua, non probatur ex largitionibus, & ex tractamentis per antea habitis, *ibid.* n. 12.

Neque etiam ex publica voce & fama, *ibid.* n. 13.

Plura enumerantur adminicula filiationem excludentia, *ibid.* n. 14.

## FILIUS.

Filius, sive masculi, sive foemine, de jure æqualiter succedunt matri intestatæ, *dec.* 23. n. 17.

Filius præsumitur legitimus, non adulterinus, *dec.* 29. num. 1.

Quousque probetur accessus alterius viri ad matrem, exclusa possibilitate accessus mariti, *ibid.* n. 2.

Filius adulterini legibus exofii nil ultra alimenta præterdere possunt, *ibid.* n. 4.

Adulterinus, ad effectum consequendi alimenta perpetua, indiget illis probationibus, quæ sunt necessariæ filio naturali, ut successorem consequatur, *ibid.* n. 5.

## FOEMINA.

Exclusio statutaria cessat, ubi pater foeminas ad jura sunitatis restituit, *dec.* 23. n. 18.

Etiam agatur de successione matris, *ibid.* n. 19.

## FRATER.

Frater gerens negotium utile ceteris fratribus, contra illos acquirit actionem personalem, *dec.* 24. n. 5.

Non vero hypothecariam exercibilem contra tertium, *ibid.* num. 6.

## FRUCTUS.

Judicio deserto, & post longum tempus restitutorio, fructus restitui debent à die secundi iudicii, *dec.* 3. num. 3.

Exactio fructuum probanda est ab allegante, *dec.* 5. num. 17.



Conditiones, circa solam *fructuum* perceptionem, simoniam non inducunt, *dec. 6. n. 7.*  
 Incongruum effect, quod vir, vel ejus haeres restitueret *fructus* bonorum extradotalium, quos paulatim in commodum communis familiae consumpsit, *dec. 8. n. 5.*  
 Conquæstiones mulieris, circa non integram consumptionem *fructuum* bonorum extradotalium incommunionem usum familiae, dissensum non inducunt, *ibid. num. 10.*  
 Praesertim, ubi vir longo tempore *fructus* percepit de mandato mulieris, nulla unquam reddita ratione, *ibid. n. 11.*  
 In hac materia modica conjectura facit inclinare pro marito, *ibid. n. 12.*  
 Sufficit ad hunc effectum indigentia viri, *ibid. n. 13.*  
 Maritus sola actione personali conveniri potest, pro restitutione *fructuum* bonorum extradotalium, quae administravit, nulla suscepta obligatione, *dec. 8. n. 15.*  
*Fructus* legati debentur legatario à die obitus testatoris, *dec. 22. n. 8.*  
 Exemptio praescripta in antiquis *fructibus* competit aliis novissime in eodem Territorio introductis, *dec. 25. num. 22.*  
 Talis extensio prohibita non est, cum versetur circa species *fructuum* ejusdem Territorii exempti, in quibus aequalis est conditio & determinatio, *ibid. n. 23.*  
 Exemptio competens in certo Territorio, & possessa super antiquis *fructibus* transit super aliis illdem subrogatis, *ibid. num. 25.*

## FUNDATIO.

*Fundatio* semel expleta super illdem bonis, nequit aliud novum Beneficium fundari, *dec. 16. n. 5.*  
 Cessante praescriptio tertii, potest super illdem bonis ad novam Capellaniam fundationem deveniri, *ibid. n. 6.*

## H

## HÆREDITAS.

Citari non debet in adjudicatione bonorum hæreditariorum filius, qui *hæreditatem* jacentem expresse repudiaverat, *dec. 10. num. 4.*  
 Mulier sine solemnitatibus statuariis *hæreditatem* adire non potest, *dec. 11. n. 13.*  
 Creditor *hæreditatis* convincere potest pro tota summa unum tantummodo ex hæreditibus, qui bona possidet, *dec. 14. n. 2.*  
 Nec tenetur citare hæredem institutum, qui *hæreditatem* repudiavit, *ibid. n. 3.*  
 Aditio *hæreditatis* non est de sui natura præjudicialis, *ibid. n. 7.*  
 Monasterium dicitur haeres, si immediate institutum fuerit, si ve *hæreditatem* adiverit ob incapacitatem Monialis institutæ, *ibid. n. 11.*  
 Quamvis testator disposuerit, ut Monasterio nullum jus acquireretur, sed libera esset Moniali facultas disponendi de *hæreditate*, *ibid. n. 12.*  
 Condicio prædicta intelligi debet de simplici usu ad arbitrio Superioris dependente, *ibid. n. 13.*  
 Donatio facta Titio, & filii absque mentione qualitatis *hæreditariae*, vocat filios donatarii ex propria persona, *dec. 21. n. 9.*

## HÆRES.

Mala fides semel contracta transfunditur in hæredes, *dec. 3. n. 1.*  
 Qualitas *hæreditaria* in filio non inducitur ex possessione bonorum paternorum, quæ retinere potest alio titulo,

quam hæreditario, *dec. 11. n. 8.*

Probari debet plene & concludenter, *ibid. n. 9.*  
 Non probatur ex actibus referentibus ad titulum pietatis, *ibid. n. 10.*  
 Puta, ex solutione legati pii facta sub protestatione, ne ex neglecto suffragio dedecus in familia induceretur, *ibid. n. 11.*  
 Nec ex actibus, qui fieri poterunt citra jus, & nomen hæredis, *ibid. n. 12.*  
 Donatio collata in Titium, & hæredes, non juvat filios qualitate hæreditaria desitutos, *dec. 21. n. 1.*  
 Praesertim, ubi donationis instrumentum explicitè de illis mentionem non facit, *ibid. n. 2.*  
 Haeres, repudiata hæreditate, agere potest pro legato, *dec. 23. n. 2.*  
 Haeres tenetur ad debita defuncti, *dec. 24. n. 7.*  
 Haeres beneficiatus agens contra factum. Auctoris, tenetur demonstrare, se nihil habere ex illius hæreditate, *ibid. n. 9.*  
 Alias, non bene dimissa hæreditate per legitimam redditionem rationis, non distinguitur ab hærede simplici, *ibid. n. 10.*  
 Cessio extinctiva reportata ad hæredem debitoris, dat illi actionem *negotiorum gestorum* contra coheredes, non vero actionem exercibilem contra tertios, *dec. 24. n. 13.*

## HYPOTHECA.

Affecuratio dotis à Jurece demandata parit simplicem *hypothecam* favore mulieris, *dec. 4. n. 7.*  
 Loca montium nullam aliam *hypothecam* recipiunt præter illam in litteris patentibus, & libris Secretariæ adnotatam, *ibid. n. 11.*  
 Lex *fin. Cod. de Pact. convent.* *hypothecam* tacitam imperitur contra virum administrantem bona paraphernalia, quæ mulier habebat tempore contracti matrimonii, *decif. 8. n. 16.*  
 Restringitur ad capitale dictorum bonorum, exclusive quoad *fructus*, *ibid. n. 17.*  
 Fortius, ubi agitur de *fructibus* bonorum extradotalium, quæ maritus non administrat mandato legis, sed ex consensu mulieris, *ibid. n. 18.*  
*Hypotheca* non competit, nisi in casibus peculiaribus à jure præscriptis, *dec. 8. n. 11.*  
*Hypotheca* competit pro legatis, *dec. 23. n. 6.*

## I

## IGNORANTIA.

Ignorantia obitus testatoris non est presumibilis in Monasterio ob incapacitatem Monialis succedente, *dec. 14. n. 9.*  
 Ignorantia affectata nil prodest, *ibid. n. 10.*

## IMMEMORABILIS.

*Immemorabilis* tantum habet in potentia, quantum in actu, *dec. 25. n. 3.*  
 Distinctio bonorum necessaria est, ut de exemptione cujuslibet ab *immemorabilis* determinanda disputetur, *ibid. n. 6.*  
 Testes negativam non coarctantes, sed potius excludentes exemptionem sub fundamento *immemorabilis* allegatam non probant, *ibid. n. 10.*  
*Immemorabilis* destruitur ex quolibet rumore in contractum, *ibid. n. 11.*  
 Fortius, ab actibus positivis, & publicis, *ibid. n. 12.*  
 Cessat, confititio de initio, *ibid. n. 13.*  
 Fama necessaria ad *immemorabilem* respicere debet tempus transactum, *ibid. n. 14.*

Conf-

Confititio de *immemorabili* libertate quoad certa prædia, exemptio à decimis quoad ipsa admittenda est, *ibid. n. 15.*

## INHIBITIO.

Pendentia litis ad effectum inlubendi oritur ex simplici præsentatione monitorii, & *inhibitionis*, etsi non fuerit adhuc secuta intimatio decreti inhibitorii, *dec. 2. n. 1.*  
 Nominatio facta in spretum *inhibitionis* nulla est, & attentata, *ibid.*

## INIQUITAS.

